Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mino ex omnibus habitaculis uestris: panes pri
miciarum duos de duabus decimis simile-
quos eleuabit sacerdos coram domino. Et uo
cabitis hunc diem celeberrimum atque sollem
nem. Omne opus seruile non facietis in eo:
legitimum sempiternum erit cunctis habitaculis
uestris et generationibus uestris dicit dnus omnipotens.
In diebus illis. Dixit moyses Deuteronomij
filius isrl. Audi isrl que ego precipio tibi ho
die: Cum intraueris terram quam dnus deus
tuus daturus est possidendam: et obtinueris
eam atque habitaueris in illa: tolles de cunctis
frugibus primicias et pones in cartallo. pgesque
ad locum quem dominus deus tuus elege
rit ut ibi inuocetur nomen eius: accedesque ad
sacerdotem qui fuerit in diebus illis et dices ad
eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo
qui exaudiuit nos et respexit humilitatem
nram. et laborem atque angustiam: et eduxit
nos de egypto in manu forti et brachio exten
to. in ingenti pauore. in signis atque portentis.
et introduxit ad locum istum. et tradidit nobis
terram lacte et melle manantem. Et idcirco
nunc offero primicias frugum terre quas do
minus deus dedit michi. Et dimittes eas in co
spectu domini dei tui: et adorato domino deo tuo.